



1  
TRIVMPHVS  
IESV CHRI-  
STI SERVATORIS NO-

stri expugnantis inferos & ascen-  
dentis in cælum, inscriptus Illustrissimo Prin-  
cipi ac Domino, Domino GEORGIO  
Dei gratia Duci Lignicj & Brigæ &c.  
in Silesia, veræ pietatis & literarum  
patrono benivolentissimo.

Autore

M. GREGORIO KROGERO

Lu: V. proly:

ITEM QVERELA CAN-  
doris de Clandestino obtrectandi

*sen mat. dicendi studio & voluptate.*  
*græcè scripta*

Dantisci, Iacobus Rhodus excu-  
debat. ANNO M. D. LXXI.



*Sc 39*



ILLVSTRISSIMO PRIN-  
cipi & Domino Domino Geor-  
gio Duci Lignicij & Brigæ &c. in Sile-  
sia, Domino suo clementissimo  
S. P. D.

**R**es ornamentis florens bene publica multis  
Seruatur varijs vrbsq; beata bonis.  
Qualia sunt valli, fossæ, munitio, turre,  
Dinitia, reditus, arma, referta penus.  
Iudicium vero, leges, castumq; tribunal,  
Cum disciplina, moribus atq; bonis,  
Has animam validæ res vrbis membra regentem  
Non dubio Gorgias teste Platone vocat,  
Quæ si defuerint tunc nil nisi corpus inane  
Arma, lares, reditus, mœnia, murus erunt.  
Attamen hæc nondum perfecte absolvere possunt  
Vrbes, ni Clariam iunxeris ai te Scholam,  
Quæ disciplinæ, morum, legumq; magistras,  
Doctificas artes sola fouere potest,  
Omnes estq; alias inter res nata tueri  
Iustificæ verum religionis opus.  
Præclaris igitur virtutibus inclyte Princeps,  
Natalis summum lumen, honosq; soli,  
Prudenter, recteq; facis quod tempore nostro  
Numinibus vatum splendida tecla paras,

In



L. i. 400952

In quibus ingenuas exculta iuuenta, per artes  
Palladias recte discat inire vias,  
Cognoscatq; simul, quæ tradunt Biblia Sacra,  
Cœlica diuinæ dogmata mentis opus.  
Nil tanta pietate Deo iustissime princeps,  
Nil toti cælo gratius esse potest.  
Hæc celebrem mundo faciet te sancta voluntas  
Perpetuumq; dabit nomen ubiq; tibi.  
En ego, diuisum toto quem sideris igne  
Hinc Hic sita iam tenuit terra Borussia procul,  
Hoc longum cæpi, postq; mihi contigit aures  
Huius fama rei, carpere letus iter,  
Vt quæ struxisti Musis palatia coram  
Regia spectarem vultibus ipse meis,  
Ingenua sacros opera cœtusq; iuuarem,  
Hoc quibus è Clario fonte bibuntur aquæ,  
Optime si precio Dux dignareris opellam  
Quam tibi præ reliquis ipse locare volo.  
Proposita nam te certa mercede vocare  
Huc sacro doctos ex Helicone viros,  
Quæ varijs nostras sermonibus occupat oras  
Certius hoc certo nuncia fama refert.  
Per medios æstus, per summa pericla viarum  
Huc mea nunc igitur spes animosa venit.  
Sed ceu nemo fuit vacua testantibus actis  
Parthorum Reges ausus adire manu.

A ij

Sic



Sic tua sum vacua nullo tibi cognitus ævo  
 Iam veritus princeps ora subire manu.  
 Ergo pertenui deduxit carmina versu,  
 Et latys cecinit nostra Thalia modis,  
 Arce triumphata tenebrofi Christus ut Orci  
 Iuerit ad patris cœlica regna sui.  
 Præterea Graio candoris nostra querelam  
 Carmine sic Phæbo Musa iubente dedit.  
 Hos tibi nunc princeps clarissime dedico versus,  
 Nam tituli gaudent nomen habere tui.  
 Doctrinæ tanto studium complexus amore  
 In ditione tua qui retinere cupis.  
 Quosq; fero placide iam suscipe quæso poëtas  
 Ingenij tenuis germina parua mei.  
 Christus Apollo meæ posthac si flumina venæ  
 Auxerit, ipse tibi tunc meliora dabo.  
 Sic tibi fœlici decurrant sidere fata  
 Et Pily viuas secula mille penes.

Tuæ Celsitudinis

humilis minister

M. Gregorius Krogerus.

## TRIUMPHVS CHRISTI.

Ecce redit festum Christi iam tempus orantis,  
 Quo Stygiæ fregit tristia claustra domus,  
 Quoq; Ducis nigri contritis viribus omne  
 Imperium mortis sub sua iura dedit,  
 Atq; triumphali conscendit in æthera curru,  
 Victrici referens cœlica signa manu.  
 Curreret o vtinam tanto meâ flumine vena,  
 Quanto Mæonide fluxit Homere tua,  
 Cœlestisq; meos aperiret gratia sensus,  
 Et mea diuina corda rigaret ope,  
 Quàm canerem tanti meritis epinicia belli  
 Laudibus, & summi facta stupenda Dei.  
 Qui Phlegetontæi vastata sede latronis  
 Viperei dentes fregit & ossa canis.  
 Ereptosq; trucis proanos è fauce tyranni  
 Aethereos secum iussit adire thronos.  
 Est locus immen. o quâ panditur orbis hiatus,  
 Quâq; specus vasti rupta vorago patet.  
 Inde graues Orci nebulas halantibus vndis  
 Fædo perpetuus sulphure fumus olet.  
 A leua resonans phlegeton incendia torquet,  
 Flammiuomis ripas seuus & vrit aquis.  
 A iij Sanguinis



Sanguinis à dextra Cocytus murmurat vndis,  
Atro namq. fluit plena cruore palus.  
Triſtior his Acheron at liuida cornua iungens  
Cum crassa Sanie mixta venena vehit,  
Hos inter fluuios, piceas interq. paludes  
Sulphureo quâ Styx gurgite voluit aquas,  
Abdita perpetuis tenebris in nocte profunda  
Ipsa iacet nigri regia cæca Iouis,  
Hanc circum magno resonant cū murmure fluct<sup>9</sup>,  
Quos miscent vario flumina nigra modo,  
Intus, quem reddunt animæ manesq. nocentes  
Plorantum triſti perſtrepit aula sono.  
Hei quanti gemitus? quam lachrymabile fatum?  
Degeneres animas quod sine fine premit.  
At foris aduerso recubans crudelis in antro  
Cerberus aratas excubat ante fores,  
Hâc transire sinit valida quos puppe per vndas  
Aduehit infernæ nauita turpis aquæ,  
At si quos exire videt mox ore rapaci  
Retraçtos imæ pellit in antra domus.  
Huc vt peruenit nigrantes Christus adoras  
Inuiçto clauſæ ſtant adamante fores,  
Stant solidi poſtes, rapidi quos nulla nec ignis  
Nec ferri quatiens vis superare potèſt.  
Nec morâ corripiciens manibus ſtridentia clauſtra  
Impulit, impulſæ contremuere fores:  
Ingens

Ingens intremuit totius machina mundi,  
Et quicquid cælum, quicquid & Orcus habet.  
Inſolito ſtygia fremuerunt more paludes,  
Deſerit infernam portior ipſe ratem,  
Styx, Lethe, Phlegeton, nec non Acherôtiſ in vnâ  
Tunc chaos ingentes accumulatur aquæ.  
Cum magno ſtrepitu iactant ad fidera fluctus,  
Horriſoniſ reboans fluctibus vnda furit.  
Caca triplex replens latratu regna triſauci  
Perſonat, & rabido Cerberus ore fremit.  
Atro diducit fluidos & ſanguine riçtus,  
Ore minans ſæuo vulnera ſæua ſuo.  
Intus at in plena caliginis arce tumultus  
Magnus, & in furuo naſcitur orbe paup<sup>9</sup>,  
Mota repentino Stygiûm terrore luporum  
Seuit & huc illuc concita turba fugit.  
Ac velut innumero, grauiter, cû milite cinçtus  
Oppugnat muros hoſtiſ, & vrbis opes,  
Nil vacuum clamore vides, totamq. per urbem  
Diſcurrunt nimio virg<sup>9</sup>, puerq. metuſ  
Saxa ferunt, murosq. petunt, ferrumq. capeſſunt,  
Mœnia cum vita quoq. tuente ſua.  
Sic vbi Tartaream contendens Chriſtus ad arcem  
Cunçtipotente fores impulit ipſe manu,  
Omnia plena metu vidiffes, plena tumultu,  
Nil vacuum ſtrepitu quicquid in arce fuit.

Pra



Præ foribus vigilans tenebræ ianitor aule  
Cerberus horrificos fundit ab ore sonos.  
Perstrepat atra domus rauco clangore tubarum,  
Terribili resonant tympana pulsa sono.  
Protinus accelerant imis è vallibus Orci.  
Audito sonitu percita monstra Stygis.  
Murmurat heu sæuis animis ignobile vulgus,  
Hei quanti gemitus, clamor & astra ferit.  
Hostis adest, & ad arma foras clamatur, ad arma,  
Væ nobis, heu ter maximus hostis adest.  
Parsq; trabes, vectes, furor arma ministrat ut ipsis,  
Pars flammæ, gladios, saxa, facesq; ferunt.  
Heu quàm terribili sua tunc clamore resoluunt  
Ora, ruduntq; fero per fera regna sono.  
Flammis omnis atros spirant è faucibus ignes,  
~~Obscurant~~ ~~Obscurant~~ fumo tecta q; nigra suo.  
At Christum contra nec muri mole nec armis  
Tuta nigræ quidquam monstra fuere Stygis.  
Non velut Alcides venit heu Toracius Orpheus,  
Quos pulsasse Erebum fabula ficta refert.  
Sed veluti quo non virtute potentior, atq;  
Heros in toto fortior orbe fuit.  
Annullus cuius sapientia vincitur armis,  
Qui, quæ vult, nutu fecit, & esse vetat.  
Ergo cum clausas Acherontis venit ad ades  
Ianua mox patuit cardine vulsa suo.  
Ingressus

Ingressus tenebras Erebi dispellit ubiq;  
Et splendore suo limina cæca replet.  
Utq; caput radio Phæbus redimitus acuto  
Quando mane suis æthera carpit equis,  
Illustrat pulsa tacita caligine noctis  
Quicquid in est tota solis utraq; domo.  
Sic DEVS igniuomi veniens in tecta latronis  
Tartaream forti cum pede pressit humum,  
Ipse tenebrarum nebulis & nocte fugata  
Perfudit clara mœnia luce Stygis,  
Quâq; stetit signis tantis victricibus Heros  
Vmbra dedit cæcæ noctis opaca locum:  
Atq; noua Stygi tremarent cum luce dracones  
In latebras imas quisq; repente fugit:  
Horribili vacuas fremitu quæ concijt auras,  
Apparens nusq; territa turba filet.  
Quam non Alcides, quam non Neptunius heros  
Vnquam robusta comminuere manu,  
Quam non vlla prius domuit tortura nec ignis,  
Tanta robore isto tempore victa iacet.  
Dicite iam Stygi fera dicite monstra latrones,  
Quid vos nunc fastus, altaq; verba iuuant?  
Nunc ubi latratus, ubi verba minancia linguae,  
Arma, faces, gladij, saxaq; vestra iacent?  
Tuq; grauis quàm sit nunc sentis Cerbere sentis,  
Iratum valde res habuisse Deum?

B Amplius



Amplius horrida sonant non percussis duras  
 E victuq; faces ignis, ut ante, vomis.  
 At frustra Stygio cur nunc ululabis in antro?  
 Nil te latratus oraq; seua iuuant?  
 Vipereo Christus dentes excussit ab ore,  
 Nec morsu fecit ledere posse suo.  
 At splendore nouo viso letatur ouatq;  
 Carcere vincla p; qualibet umbra viri.  
 Quam preter meritum nigras Phlegetotis ad vndas  
 Transtulit inferni lurida cymba senis.  
 Cum plausu manuum quæuis ad sidera palmas  
 Et lacrimas inter letitiamq; leuat.  
 Capta ligat Christus Stygia sed corpora turba,  
 Tartareosq; duces vincula ferre iubet.  
 Tum vera quanti gemitus, clamorq; Draconum  
 Auditus Sathanae per fera regna fuit.  
 Nam magnis Erebi valles ululatibus implent  
 Gestantes collo vincula dura suo:  
 Vah misere talia licentia pectora tundunt,  
 Nec pudet in nigras unguibus ire genas.  
 At Christus insis mox ora ~~reprimere cunctis~~ *remque ligatis*  
 Ex Erebo manes euocat ipse pios,  
 Cælestemq; suam rursus rediturus in aulam  
 Diuino tales reddidit ore sonos.  
 O mea felices animæ, mea pignora manes,  
 Vestra mihi curæ est vita salusq; graui.  
 Per

Per chaos hoc ingens, per mille pericla, per ignes,  
 Hoc tantum capi carpere letus iter,  
 Ut Phlegetontei destructa sede draconis  
 Liuida nodarem triplicis ora canis,  
 Vosq; feri suis raptos è faucibus Orci  
 Ut veherem superas, in mea regna, plagas.  
 Cumq; potens nostræ cessit victoria dextra,  
 Fert famulo nostrum vertice Disq; pedem,  
 Agmina vos manes animo gratissima nostro  
 Quisq; triumphali cingite fronde caput.  
 Cingite fronde caput, viridanti tempora lauro,  
 Ante iaceat nostris belua victa pedes,  
 Quæ vos, qui semper coluistis iussa superna,  
 Tartareo pressit, collaq; vestra iugo,  
 Inq; reuersuros cælum victricibus armis,  
 Christiadum iuncti, nos comitate, gregi.  
 Dixit, at è celso demissus currus Olympo  
 Adfuit, & lauro tempora quisq; tegit.  
 Nobilibus currus distinctus ubiq; lapillis,  
 Quos Eurus colligit Indus aquis,  
 Et gemmis, fuluo nitidus radiabat & auro,  
 Cynthius ut claro splendet ab axe Poli,  
 Auro temo nitet, nitet auro lucidus axis,  
 Quasq; sua cælum condidit arte, rotæ.  
 Deq; graui currus, quod Sol inceperat, auro,  
 Aurea terre iuncta fuerit globi.

B ij Hunc



Hanc super inuect fulgenti Christus in Osm  
 Procedit, curram nube dehente sum,  
 Vexillumq; tua celestis salutifer heros  
 Per liquidum forti pandit inane manu.  
 Utq; forent noti, domuit quos ipse tyrannos.  
 Hæc in vexillo verba notata micant.  
 Morte mea mortem vici, Stygiumq; latronem  
 Peccatum delens, quod necis hasta fuit.  
 Armaq; cum spolijs curru suspensa fuerunt,  
 Victoris sanctum quæ petiere caput.  
 Cum clypeis enses, arcus, galeaq; corusca,  
 Et quæ mortiferum spicula virus habent.  
 Quæq; potens Stygis detraxit dextra tyrannis,  
 His victor spolijs Christus onustus erat.  
 En subito miris resonat concentibus æther,  
 Totaq; blandisonis perstrepat aura sonis.  
 Angelici cætus circumstipante caterua  
 Applaudunt alijs, voce, manuq; DEO.  
 Aëra perq; suum late comitantur equitem  
 In sua ducturi regna paterna ducem:  
 Parsq; triumphalem circumfluit undiq; curram,  
 Obseruans regem vt cælica turma suum.  
 Pars at more ducum turmas, & præuia tantum  
 Agmen stellantis ducit ad astra Poli:  
 Hos inter primus sed cætus præuolat iste,  
 Qui flexo dulces concitat are sonos,  
 Pars

Pars ætherum fidibus, cytharinq; sonoris  
 Ludunt, & gracili pulce fila mouent:  
 Parsq; tubas inflant, suauis huic buccina cantus,  
 Hinc edit dulces tibia longa modos:  
 Hicq; bouis letus resonantia tergora pulsat,  
 Iste suis inflat cornua rauca labris.  
 Talibus ætherei concentibus aëra mulcent  
 Cætus, & replent Solis vtramq; domum.  
 Concita tota tremuit tellus, tremuit arduus æther,  
 Postquam cælestes increpuere tubæ.  
 Impulsaq; caue valles, saltusq; profundi  
 Angelicos reddunt, & fera saxa sonos.  
 Proxima subsequitur manus, & selecta virorum  
 Turba sui portans regia ceptra ducis,  
 Quiq; triumphantis Christi victricia gestant  
 Arma, quibus Stygi tot cecidere duces,  
 Vnus at insignis facie, formaq; procera,  
 Ni fallor, Gabriel angelus iste fuit,  
 Ereclam palmis releuans tollebat vtrisque  
 Ad cæli sanctam sidera pura crucem,  
 Hac suspensus erat Christus cum crimina soluens  
 Nostra tulit seuæ tristia fata necis.  
 A cruce dependent calami, fel, spongia, clauis,  
 Quæq; sacrum pressit dira corona caput:  
 Quæq; latus sacrum perfodit lancea, cæli  
 Quæq; ceciderunt tristia flagra Ducem.  
 B ij Inde



Inde trahebatur manibus post terga retortis,  
Collo turba suo ferrea vincla gerens,  
Quam domuit telis Christus seruator adeptis  
Multa quibus gelidae corda dedere neci.  
Primus it Eumenidum, supremus & arbiter Orci,  
Infera quem Sathanam nomine turba vocat.  
Lucifer is, superum cum non pars ultima quondam  
Esset, perpulbro nomine dictus erat.  
At nunc dira lues facie, vultuq; tremendo,  
Nullius est hominis, forma nec ista feræ.  
Horribiles in fronte faces pro lumine bino  
Fulgent, vipereo barbaq; crine riget,  
Osq; patet rabido diductum semper hiatu,  
Circumdant nigrum cornua bina caput.  
At nodosa tument Lernæo terga veneno,  
Cunctaq; membra nocens nil nisi virus habent.  
Ore vomit nebulas, nigris è naribus exit  
Inferna fumus pestilitate grauis,  
Nonnunq; Stygijs eructans faucibus ignes  
Sulphure fumantes spargit ad astra globos:  
Nunc huc, nunc illhuc horrendi luminis orbes  
laetat, & aspectu ledere quemq; studet:  
Lethæi faciem sed nemo ferre draconis,  
Tamq; truces vultus cernere nemo potest.  
Nodosum varios sinuatur corpus in orbes,  
Seq; mouet miro belua seu modo,  
Iamq;

Iamq; solus pulvis, iam pulvis & cinis,  
Membris conatur demere vincla suis:  
Deformes quoties visus mutare figuras  
Exutis priscis induit ipse nouas.  
Cumq; nihil cernit salitas in corpore vires,  
Nil Stygias fraudes, nilq; valere dolos,  
Intonat, atq; furit magnam conuersus in iram,  
Vincla dolens se non rampere posse sua.  
Hei quam terribili reboantes verberat auras,  
Quem nigro rugiens fundit ab ore, sono,  
Quamq; cupit laniare sinus, laniare capillos,  
Et curuo malas vngue notare suas,  
Sed trahitur nodis centum religatus ahenis,  
Torto fune nigras impediante manus,  
Nil potuere manus, nil artus corpore toto,  
Innumeris plagis brachia cæsa iacent.  
Hinc adamantinis ibat Mors vincla catenis  
In gelido figens lumina cæca solo.  
Sinciput effossis oculis, & calua videtur  
Frons iuuas linas instar habere specus.  
Os fædum macie pallet, faciesq; nigrescit,  
Huius & à toto corpore sanguis abest,  
Languor inest mēbris, totū est sine corpore corpus,  
Tabida pertenuis vix tegit ossa cutis.  
Hinc fuligineo suslentans languida pinu,  
Et gradiens tarde vix sua membra trahit.  
Attamen



Attamen hæc rictus aperit, faucesq; miseres, n  
Seq; animas rursus posse morare cupit  
Heu miserabilibus totas ululatibus auras  
Complet, sed lachrymas lumina fossa negant  
Tanta cupido feram, desideriumq; vorandi  
Extimulat mortem, tanta cupido feram.  
Hanc circum furia, nigris redimita colubris  
Turba, manus ibat funeq; vincla suas.  
Hinc trahitur longa collum lassante catena,  
Qui Stygiae custos Cerberus arcis erat.  
Hic quoq; latratu complens tria guttura sæuo,  
Nil profe eturas euomit ore minas:  
Sæpe suos rictus pandit, morsusq; minatur,  
Excussis quamquam dentibus ora carent.  
Concutiensq; caput dirum sua vincula quassat,  
Et iacit in nostrum murmura rauca Deum,  
Inde phætratus torquet vestigia Turca,  
Subsequiturq; suos gens scelerata duces.  
Quemq; fero contra Vulcano, & leuât armis,  
Victorem mundi conspicit esse Deum.  
Cuius & abiurans spreuit mandata, potentem  
Cernit per nubes in sua regna vehi,  
Quosq; pia toties pictos in imagine vultus  
Impuro turpis conspuat ore Getes,  
Hos cernit tali totum fulgere per orbem,  
Quale Poli Phæbus spargit ab æxe iubar.  
Hen

Heu furit, haud Christi fulgentia sustinet ora,  
Nam stimulat sæuus conscia corda pavor.  
Ducitur hinc Latius præsul, cui nomen honestum  
Nimirum Papæ Romula turba dedit.  
Vnde tuum miror clarum sis nomen adeptus,  
Hanc vocem noui Papa sonare patrem.  
At tu non patrem, sed agis scelerate tyrannum,  
Dilaceras Christi, qui velut vrsus onus.  
Ipse scio mundus diuini numinis instar  
Te venerabatur, pessime papa scio,  
Vendebas memini bullas, & ad atria cæli  
Te quoq; iactabas pandere posse viam,  
Et tristes animas superas reuocare sub auras,  
Rursus & in Stygiam trudere posse lacum:  
Tu genus humanum terrebas fulmine diro,  
Quotquot erant istas pertinuere minas,  
Formidata prius sed iam cur fulmina, quare  
Tam subito tristes conticuere minæ?  
Tempora, quæq; tegit triplex tua papa corona,  
Te iuuat quid iam pontificalis honor?  
Incedis sane trabea, tripliciq; corona  
Conspicius, funes sed tua colla ligant:  
Respice quot rasi, turpissima monstra, Cyclopes,  
Constipent Monachi iam latus omne tuum,  
Quanta sacerdotum te, respice, turba sequatur,  
Talia quæ raso vertice signa gerit,  
Vnde



Vnde suos noscat Sathanas, tot mille sequantur,  
Quot linguae centum vix numerare queant.  
Pallor inest cunctis, iam non praepinguis, ut olim  
Membragrauat tantum turpia ventris onus,  
Conciderant macie, sic corpus abiuerat omne,  
Ut vix haerent ossibus ossa suis.  
Lora suosque usus, ventres quibus ante ligabant,  
Horum stringendo, iam reprerere, manus,  
Quaque tuas olim pompas est turba secuta  
Maxima se gaudens pars gregis esse tui,  
Hac quamuis vlulet, palmis & pectora tundat,  
Pars quoque nunc pompae cogitur esse tuae,  
Heu miserabiliter plorat, scissisque capillis  
Subsequitur nolens teque tuosque Duces,  
Sed trahit inuitam secum Phlegetontia turba,  
Vno coniuncti quique fuere iugo.  
I nunc vende tuas bullas, supremaque claustra  
Posse tua iacta te referare manu.  
Ante triumphalem sic ibant ordine currum,  
Quos domuit Christi monstra virosque manus:  
Utque simul plures, cum pennis aera findunt,  
Naupliades mire vociferantur aues,  
Sic varias spargit voces haec turba per auras,  
Dissimilesque suo fundit ab ore sonos:  
Hic gemit, ille furens manibus sua pectora pulsat,  
Hic vlulat, rauco murmurat ille sono,  
Nil vacuum luctu, sunt omnia plena doloris,  
Plena

Plena metus, saeuo nilque pauore caret.  
Pone sequebantur, quos fractis viribus Orci  
Afferuit Christus summipotente manu,  
Ibant quos inter primi, summique fuerunt,  
Prisca sacros quotquot secula tulere patres:  
Adam primus homo chara cum coniuge primus  
Incedit, caetu se comitante suo:  
Ibant totque viri, matres, puerique, senesque,  
Quot breue vix tempus pernumerare finit.  
Quotquot erant viridi cinxerunt tempora lauro,  
Vernaque,serta comis imposuere suis:  
Maxima vix aliquo capiunt sua gaudia fine,  
Hocque manu, gestu, reque, sonoque probant.  
Ac velut in pleno tenebrarum carcere clausus,  
Tristitia qui longo tempore vincla tulit,  
Quando foras missus fulgentes conspicit auras,  
Atque iubar sparsum cernit ab axe Poli,  
Quam gaudet gestitque Poli spectare vicissim  
Lumina non dudum lumine visa suo,  
Sic illi, Stygio dudum quos carcere vinctos  
Inferni tenuit vis truculenta ducis,  
Gaudebant sese tenebroso valle leuatos  
Christi conspectu, luce, fauore frui,  
Ducentisque sequi summi vestigia regis  
Ad superas eius, regna paterna, domos,  
Latantur, nec habent vllum iam gaudia finem,  
Multus & ipsorum plausus ab ore venit.



At cum cælestes propius venisset ad oras  
Agmen, & à summa non procul arce foret,  
Tum demum præiens tibicina turba per auras  
Acrius inflato mille dat ære sonos.  
Dintq; tubæ signum, signum dant cornua flexa,  
Tympana dantq; suum signa redire ducem.  
Audito sonitu, quem mille tot æra dederunt,  
Confluit excelsa quisquis in æde fuit.  
Lætitiâq; fremens animis exultat, ouatq;  
Principis aduentu cœlica turba sui.  
Omnis & æthereæ palatia deferit arcis  
Victori gaudens obuius ire Deo,  
Namq; recepturi natum quotcumq; fuere  
Cinxerunt sanctum patris utrumq; latus.  
Utq; foras venere, vident & euntia monstra  
Quæ Christi quiuit perdomuisse manus,  
Cœlicolæ cœtus matresq; viriq; pauescunt,  
Et stupor illorum pectore magnus inest.  
At pater æternus postq; fulgentia nati  
Vnigenæ propius conspicit ora sui,  
Illius infusus collo nunc oscula libat,  
Nunc gremio refouet saucia membra suo.  
Lætâq; diuinæ testatus gaudia mentis  
Impleuit lachrymis talia verba suis,  
O mea perdulcis requies, mea nate voluptas,  
Ante tuæ tempus qui genitricis eras,  
Hei

Hei mi hi quot plagas, quot vulnera sæua tulisti,  
Immerito casus corpore nate tuo,  
Post mea quam linquens celsi palatia regni  
Sumisti misera debile carnis opus,  
Sed ita nostra trium sanxit veneranda voluntas,  
Qui sumus in trino numine numen idem,  
Ut debellares hostes delapsus Olympo  
Per plagas, & per vulnera mille tuos,  
Utq; tua mortem preciosa morte vorares  
Tartarei superans tristia iura ducis.  
Sic ait, hostilesq; manus vinctas, & inermes,  
Tunc ut erant, Stygi trudit in antra specus.  
Hæc fere totum triduum per inane feruntur,  
In piceam rursus quàm cecidere lacum,  
At natum superam rursus deducit in arcem,  
Inter hic it sanctum pneuma, patremq; suum:  
Numen ouans inter numen procedit utrumq;  
Sed triplici simplex numine numen in est.  
Utq; fuit cœli portas ingressus, ouantum  
Sideream voces perstrepuere domum.  
Spectantis populi stabant nam plena virorum,  
In toto cœlo compita quotquot erant,  
Splendida, quisq; suum, Christi solius in ora,  
Et vultus, fixum lumen utrumq; tenet,  
Quâq; venit, flores, & primi munera veris,  
Quas carpsit tenui, spargit & vngue rosas,  
C ij Hei



*Hei quot eant celebres plausus per mœnia casti,  
 Quotq̃ triumphantum iubila leto sonant.  
 Nil vacuum leto fremitu, plaususq̃ sonantes,  
 Et vultus hilarès angulus omnis habet.  
 Quisq̃ triumphè canit, noster, letoq̃ fauore  
 Clamat lo pœan, Duxq̃, Salusq̃ redit.*

**QVERELA CANDO-**  
**ris de Clandestino obtrectan-**  
**di seu maledicendi studio & voluptate.**

**Τ**ίπτε παθεῖσθαι ἀπὸ τόσοις γαλήνῃς σῆσιν,  
 Εχθαίρεις συγεραῖς με παπίδεσσιν ἀνέρι,  
 Ἥτοι ἐγὼ βλάψασα τὸν γένε' ἐδὲν ἐμαυτῶ  
 Εξ ἀρχῆς μέγρι τῷ νῦν συνοῖδα σαφῶς.  
 Ουρανὸν νεοτευχεσιν ἐμπνεύματα τοῖσιν  
 Στήθεσιν ἀπαιῖτοισ ἐμφυτοῖς ἐρῶν ἐπὶ  
 Τψιμέδων μὲν γὰρ ταχυέργω πτίσμα' μα μύθο  
 Ποίησας ἤδη σιγαλόεντα τοκέας.  
 Καὶ ἐμε γεννήσας γε λόγῳ ἀρετῆσιν ἐν ἄλλαις  
 Ὡς Φά' ἐν δόμυχον σάϊς ἐνέθηκ' φρεσίν.  
 Καὶ νεοροῖσιν ὑποδρῆς ἥριον ἔργον ὑφαίνει  
 Ακτίσιν συνεχῶς τῷτ' ἐπ' ἐτέλλεν ἐμαῖς.  
 Τμμε κυβερνάμεναι γλώσσης καὶ μέτρον ἰσότης,  
 Καὶ νό' ἰθυπορε ὁρθὰ κέλευθα θέλω.  
 Ὡς φιλοφρονέοντα καλῶς ἀνδάζομεν αὐτῶν.  
 Πάντα καὶ εὐφραίν κήρυξι τῶσγε πέλας.  
 Οὐδ'

Οὐδ' ἀπαίρειν ἐπικρύψαι ὑποπάρδιον ἔθρον,  
 Ψυδομένοι Φιλίην κλεψιδόισι λόγοις.  
 Ἥτοι αἰζῶν γενετῆς ἔτα μὲν ἐνέπαιον.  
 Τόντ' ἐπὶ σπινθήρεσσιν μύθον ἵηλεν ἐμοῖς.  
 Αὐτὰρ ἐγὼ το ἐπιτρέφθην θεοτέρους ἐέλδωρ  
 Κεῖναι ὑψίστ' ὡς μεμαῶσα θεῶν.  
 Οὐδὲν σε βρότεον φιλολοιοῦσα ῥήματα βάζον.  
 Δυσφημῶν ἄλλας αἰὲν ὄτρυνα γεί' ἔχον.  
 Μᾶλλονδ' ἀλλοτρίας καὶ πρῆξις ἡδὲ χ' ὁμφας  
 Πάντη ἀκιδόηλοις φρεσὶν ἀμείνον ἐρεῖν.  
 Οὕτως εἰρήνης μαλα ἐπέδασα φυλάσσον  
 Δῶρα μετὰ σφετέρῃς θυμὸν ἀρεσκὰ γένει.  
 Ἀλλ' ἐθ' ὡς γε τοῖς ἀγ' ἔτα φρονέσσα περ, ἔδωκε  
 Πῶποτ' ἐγὼ θυμοῖς ἡδομένοισιν ἐν.  
 Τύνη γὰρ με λάλα βέβληκας σόιο μελᾶρος  
 Οὔσαν τῷτ' ἐρῶν γνήσιον ἡδὲ φά' ἔχον.  
 Βασκανίην ὑποδρῆς ἀμείνον μὲν ὑποδρῆγον, ἀλλὰ  
 Αργαλεῶν φθονερῆς σ' ἵς ναιτῆρα φρενός.  
 Ἡ γὰρ βλασφῆμων ἐπέων τε δόλοισ τε γεμῆσθαι  
 Τοῦτ' ἐσαῖ μὲν ἐπὶ φρεσὶ τίθησι σία.  
 Καὶ πῖμπλησι τὸν λιγρῆς σκολιόφρονά θυμόν.  
 Πολλὰ κακοῖρα φησὶ πολλὰ λυγροῖο φθόνου.  
 Πρὸς τε ἐφεζομένη γλώσσης ἀπὸ σῆς ἐς ἀπαντας,  
 Αἰδοῦν ἀνδροφόνον φῶτας ἱήσι βέλ' ἔχον.  
 Γλώσσης κερτομέοισι σίο κρατερῶς βελέεσσιν  
 Απρὸιδῆς πολλῶ κῆρα φέρουσα βροτῶν,  
 Ὡς ἀθραυσ' ἔων ἄθροον ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν  
 Τοῖς ἄλλοις μετὰ κέν σίτον ἐδουσαν ἔοι.  
 Ὡ ταλασίφρον ὅμως μέγα φῶτε δυσηλεγέσ' οἶδα\* φησὶ Νᾶς  
 Βασκανίη βλαβερῇ ἐκγονός ἐστι τινός;  
 Εἰ



Εἰ σὺ ἔχεις ἀνοήτως τῆς γενήσεως, εἰς τὴν  
Ἀνδρομέαν κνήη ὅπως οὖν ἦλθε γένεσθαι;  
Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω σὺ ἢ κήρυον ὅτι κεν εἴπω  
Περσόμενοι σέθεν σύνθεο ῥήματα νόω,  
Ἐκγονον ἢ Σαταναῖ ῥήζηνος ἐρνέω ὑπάρχει  
Λοιδορέει πάντας τῶ φίλον ἐστὶν αἰεὶ.  
Τὴν μὲν γὰρ κενέω πόμπον γέννησεν ὀλέθρου  
Αἰχρέρων μοῖρα οἷο δαμάρετι μιγείς,  
Ὁφρα χαμαιγενέω σελάγιζον ὑπὸ φρένα φῶτ  
Ψεύδω ὑποπείρη με φοῖσασα φάτω,  
Κένον παιδεύσασα λέγειν εὖ τὰς παρεόντας,  
Νοσφιδέειτ' ἄλλη γλῶσσαν ἀφέναι εἴην,  
Καὶ φρένας ἡδὲ βίον Διάσῃραι ἀμύμονας ἀνδρας  
αἰχρίοις τέτρε δυσόμενοι λόγοις,  
Οὐ μόνον εὐκλείην καὶ δὴ πολυφειγέα δόξην  
Ὡς καὶ τῶνδε βάλη, τὴν φορέσιν, ὅλως,  
Αὐτὰρ ὅπως φιλέειν φάσκων τοῖς δέοσι φυτεύσῃ  
Ἐξ ἀπόπης το τέλος κῆρα φόνον τε λυγρόν.  
Ἡὺ τε νηῦτιν ἀλιπλανέεσιν ἔασιν ἀρείας  
Αἱ φανεραὶ ἀπιδάδες τῆς ὑφάλαιος πέτρης,  
Τὴν μὲν ὑπερκύπτειν ἀσιγήτοις θαλάσσης  
Υπερβίω φεύγειν οἷω ὑπὸ πτερῶν ἀνῆρ.  
Ἡ δὲ προσπλάσσαν ἐνεχθεῖσαν τε ἀέλλαις  
Πόλλακι ποντοπῶρον ναῦν κατέαζεν ὅλην,  
Οὕτω καὶ ἐχθρῶν δήλοιο χερσέονα, ἐχθρῶν  
Ὡς κλέπτοντα νόω, κένον οἷω ἔμεν,  
Αἰμυλα καὶ ἡλῶσ, καὶ ὀλοόφροσιν εἰδῶς  
Ψευδήμονας πολλὰς ἢ πρᾶσι δέοσι λόγους, τισὶ  
Νέκταρ ἀπὸ στόματι δολέοντα τε χαίλα λύσας  
Καὶ μέλιτι γλυκίᾳ ῥήματα πολλὰ καὶ χεῖν  
Ἀλλὰ

Ἀλλὰ πανημέριον καὶ παννύχιον τι ἐνέγκειν  
Ὁρμαίνῃ λυγρῶ πῆμα κακοῖο φίλοις,  
Τέτον μὲν τοι ἐγὼ φανεροῖο κακοφρονέω ἐχθρῶ  
Ἀνδρὶ χαμαιγενεὶ χερσὶν ἀνέω ἔμεν.  
Τὸν μὲν γὰρ μισεῖν βάσκοντα σαφῶς προφύλασσε,  
Ἐωτρεπέει μὴδὲν τὸν ἢ λέγοντα φιλεῖν.  
Ὡς ὑφάλαιος πέτραι ποσάκις βλάπτοντας ἐς ὑμᾶς  
Ἐδὸς προσκοπῶν αὐχεν ἑάξεν ἀνῆρ.  
Σχέτλια μὲν ἔδεν τί παλιν τιτὰ ἔργα γενέσθαι,  
Ὡς δολεραὶ ὑμῶν οἶετε ταῦτα πειρᾶσθαι;  
Τοῖα δ' ἀχρημοσύνη δῆσαι ῥέζοντα κακίστη  
Ἐν χθονὶ χαόμενοι τῇδε πέφυκε δέος.  
Οἷον θρεψάμενοι μὲν νῦν χαμαιγενεὶς οἶδα  
Φῶτε σέο ξείνον κήρυον ἐντὶ ἐχθρῶ.  
Αὐτὰρ τοὶ παράφρημι ξείνον, ὃν ἀμφαγάπησας,  
Ἐκβάλλειν πρᾶσι δέοσι ὅτι τάχιστα σέο.  
Τίτῃ σε βασκανίᾳ μάλα καὶ Διάσῃραι ὀφέλλει;  
Εἰ ἀρχὴν σοι, εἰ χεῖματα πολλὰ δίδοι;  
Ἡὲ περιφρονέοντα νόον σοι, ἢ τι κῦδος,  
Εἰ σοι μισάων κάλλιμα δῶρα πόρε;  
Ἀλλὰ σε βασκανίης μητρὸς θεσμοῖσι πέδησε.  
Αἰχρέρων πεινίας ἡδὲ κακοῖο βαρῆς.  
Πρὸς τε λᾶχων σμικρὸν τι νοῖο σαόφρονος ἄλλων.  
Τὰ ζῆνος πόρε, ἀμμορός ἐσσι, κόραι,  
Καὶ δὴ ἐλεγχίς μὲν ἐών, ὑψήνορος εὐχας  
Οὐ ἢ μερῶν κύρσας ἀκλεός ἐσσι πάνυ.  
Τέτο ἢ πᾶν λυγρὸν παρὰ ἰότητι θεοῖο,  
Ὅς ῥα δέλεῖ ἔως πάντα σε λυγρὰ παθεῖν,  
Ὅτι συβασκανίην μέγα ἀμφιπέπων φιλεεσκέας,  
Ἡ Σαταναῖ πέλεται ἀρχικακοῖο γόνος.  
Οὐκ ἔν



Οὐκ ἔν ὥς οἶον τιμάλισα σὺ τήνδε διώκε,  
ἀργαλέον πρᾶπίδων ἥνιοχ' ἄ σ' ἴσθι.  
Τήλοθι Φεῦγε βιερῇ, καὶ τῆσδε λεπάδνι ῥίψας,  
ὣς ἐνί, ἐκκλίναν δέλιον ἤμαρ ἔοις.  
Κείνης ἡδὲ μέο προδέβαλε σὺ θεσμὸν ἰώης  
καὶ ὑπὸ τονδε χαρεῖς αὐχένα κάμπη τιόν,  
Ἰλασθ' ὥς ἐσέλαι σοι ἄψ' θεὸς ἀστερωήτης  
φρεσὶ νημεοσίζων οὐδὲ τι τύτθον εἴης.  
Ἦμμε ἢ ῥηθέντες κακὰ βλασφημῶμενοι ἄνδρες  
οὐδὲν ἐν ὑμετέραις τείρετε φρεσὶ κίεαρ.  
ἀλλὰ δυσηλεγέες ψεῖζάντων ῥήματα φῶτων  
θυμοδακῇ ἐν τῷ ἔδνι θέσθε λόγῳ.  
καὶ προῖάψαντες πλεόεσιν ταῦτα θυελλαῖς  
θυμὸν ἐν ἡμετέραις φρεσὶ ποίητε μέγαν.  
Ἡδὲ τὸ πίοτευθεν διαπράκτορον ἔργον ἀνύσθην,  
πάγχι περιφραδέως ὕμμι μεμήλοι ἀεὶ.  
Ἡὺ γὰρ ἐς σκλήρον τί πέσον βέλ' ἐς τ' ἰέντα  
ἀντισρεφθέν' ἀεὶ φῶτα πέφυκε νέην,  
οὕτω καὶ βλάσφημον ἔπαυ' βλάπηντας ἐς ἄνδρας  
τῶν ἀπὸ τυφθέντων αἵψα παλινδρομέει,  
Ἡὺ τε τῷ βληθέντ' ἐς τι τέρεον τὸ τιθρώσκην  
ἀνδροφόνῳ ἄλλως μὴ γέν' ἐς βέλ'·  
ὣς καὶ πεδαῖον παράπαν κ' ἐχρήσιον ἄνδρα  
αὐτ' φήμων τρώσαι ἔσενε γλώσσα βροτῶν,  
τί βλάσφημε τῷ ἄθραυστον τόσον ἔοντα  
μαψιδίως δάκνῃς χεῖλεσι φῶτα φίλον;  
φεῦγε μαλ' ἐς κόρακας γενέτην πρὸς ἀγήνορα σῆο,  
ὅς τ' αἰὶ κρυερὸν τ' αἰδαο δόμον,  
φεῦγε τι δηθήνῃς μετὰ σὸν μελανίφρενα ἄλλων  
ἔσμον διαβόλων, ἔνομα τοῖο φέρεις.  
Δυσπίδως

Δυσπίδως γὰρ ἔχεις, πάντα βαρυκαρδίος ἔστι,  
μῦθον ἐπιτρέψας τοῖς ἀνέμοισιν ἐμὸν,  
τόσον διαβόλῃ σέθεν κῆρ ἀμφιβέβηκεν  
φεῦ μέλιτ' ἐπὶ δίκην ἐς γλυκεῖα τέιν'.  
ὣς ἐπαῖσα θεὸς ῥίμαφ' ἐλίμπόνδε βεβήκει,  
βλάσφημόν τε λίπει πᾶν χολοθεῖσα γέν'.  
Ζεὺς γὰρ ἀπερανόθεν φιλέων μάλα κυδόμενός τε  
ψυχθέντων βροτέων τὴν προέηκε θεῶν,  
ἐς το παδαῖα μέγα δυσφημῶμεν ἄνδρ'·  
ὀρσίμεναι θραυσταῖς ἐν πρᾶπίδεσσιν κρατ'.  
πρὸς το φιλοσκοπίῃς τε τυπαῖν πινήτορι μύθῳ  
εὐπάγλως φθονεῖς κερτομέειν τε βρότῳ.  
τὴν ποτε ὠθεῖσαν γαῖης ἐξ εὐρυοδείας  
Ζεὺς ἐς ὃν αἰθέριον δέξατο δῶμα θεῶν.

τὲ λ'.